

Feria VI infra Hebdom. II post Oct. Paschæ.

Ad Matutinum.

D Omine, lábi-a me-a apé-ri-es. **R.** Et os me-um annunti-ábit laudem tu-am.

Invitatorium.

Lc. 24, 34; Psalmus 94; H232

VI
V Ení-te, exsultémus Dómino, iubi-lémus De-o, sa-lu-tá-ri nostro. Præ-occupémus fá-ci-em e-ius in confes-si-ó-
ne, et in psalmis iubi-lémus e- i. Surré-xit Dómi-nus ve-re, * Al-le- lú- ia. Quóni-am De-us magnus Dóminus,
et rex magnus super omnes de- os. Quóni-am non repéllit Dóminus plebem su-am, qui-a in manu e-ius sunt omnes
fi-nes ter-ræ, et alti-túdi-nes mónti-um ipse cónspi-cit. Al-le- lú- ia. Quóni-am ipsí-us est ma-re, et ipse
fe-cit illud, et á-ri-dam funda-vé-runt ma-nus e-ius. Vení-te, ado-rémus, et pro-ci-dámus ante De-um, plo-rémus co-ram
Dómino, qui fe-cit nos, qui-a ipse est Dóminus, De-us no-ster, nos autem pópu-lus e-ius, et o-ves páscu-æ e-ius.

Surré-xit Dómi-nus ve-re, * Al-le- lú- ia. Hódi-e, si vo-cem e-ius audi- é-ri-tis: « No-lí-te obdu-rá-re corda

vestra, si-cut in exa-cerba-ti-óne secúndum di-em tenta-ti-ónis in de-sérto: ubi tenta-vé-runt me pa-tres vestri:

proba-vé-runt et vi-dé-runt ó-pe-ra me-a. Al-le- lú- ia. Quadra-gínta annis pró-ximus fu-i gene-ra-ti-óni hu-ic,

et di-xi: Semper hi er-rant cor-de. Ipsi ve-ro non cogno-vé-runt vi-as me-as: quibus iu-rá-vi in i-ra me-a:

Si intro-íbunt in réqui-em me-am. » Surré-xit Dómi-nus ve-re, * Al-le- lú- ia. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-

rí-tu-i Sancto. Si-cut e-rat in prin-cí-pi-o, et nunc, et semper, et in sæcu-la sæcu-ló-rum. Amen. Al-le- lú- ia.

IV


R

Ex sempi-térne æ-li-tum, Re-rum Cre-á-tor ómni-um, Æquá-lis ante sá-cu-la Semper Pa-rénti Fí-li-us:
 Na-scénte qui mundo faber Imá-gi-nem vultus tu-i Tradens Adámo, nó-bi-lem Limo iu-gá-sti spí-ri-tum.
 Cum li-vor et fraus dæ-monis Fœdásset humánum genus: Tu car ne amíctus, pér-di-tam Formam re-fórmas árti-fex.
 Qui na-tus o-lim e Vírgi-ne, Nunc e se-púlcro násce-ris, Tecúm-que nos a mórtu-is Iubes se-púltos súrge-re.
 Qui, pa-stor æ-térnus, gregem Aqua la-vas bap-tísma-tis: Hæc est la-vácrum ménti-um; Hæc est se-púlcrum crí-minum.
 No-bis di-u qui dé-bi-tæ Redémptor affi-xus cru-ci, Nostræ de-dísti pró-digus Pre-ti-um sa-lú-tis sán-gui-nem.
 Ut sis pe-rénne méntibus Paschá-le, Ie-su, gáudi-um, A mórt-e di-ra crí-minum Vi-tæ re-ná-tos lí-be-ra.
 De-o Pa-tri sit glo-ri-a, Et Fí-li-o, qui a mórtu-is Surré-xit, ac Pa-rácli-to, In sempi-térna sá-cu-la. A-men.

Psalmus 1.


VII a

A



l-le-lú-ia, * alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Ps. 77, 1-8



Atté-di-te, pó-pu-le me-us, le- - gem me- - am: * incliná-te aurem vestram in verba o- - ris me- - i.

Apé-riam in pará-bolis os meum: * loquar propositiões ab inítio.

Quanta audívimus et cognóvimus ea: * et patres nostri narravérunt nobis.

Non sunt occultáta a filiis eórum: * in generatióne áltera.

Narrántes laudes Dómini, et virtútes eius: * et mirabília eius, quæ fecit.

Et suscitávit testimónium in Iacob: * et legem pósuit in Israël.

Quanta mandávit pátribus nostris nota fácere ea filiis suis: * ut cognóscat generátio áltera.

Fílii qui nascéntur, et exsúrgent, * et narrábunt filiis suis.


Ut ponant in Deo spem suam, † et non obliviscántur óperum Dei: * et mandáta eius exquírant.

Ne fiant sicut patres eórum: * generátio prava et exásperans.

Generátio, quæ non diréxit cor suum: * et non est créditos cum Deo spíritus eius.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.



Fí-li-i Ephrem intendentes et mittén- - tes ar- - cum: * convérsi sunt in di- - e bel- - li.

Non custodiérunt testaméntum Dei: * et in lege eius noluérunt ambuláre.

Et oblíti sunt benefactórum eius: * et mirabílium eius quæ osténdit eis.

Coram pátribus eórum fecit mirabília in terra Ægýpti: * in campo Táneos.

Interrúpit mare, et perdúxit eos: * et státuit aquas quasi in utre.


Et dedúxit eos in nube diéi: * et tota nocte in illuminatióne ignis.

Interrúpit petram in erémo: * et adaquávit eos velut in abýsso multa.

Et edúxit aquam de petra: * et dedúxit tamquam flúmina aquas.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.



Et apposu-é-runt adhuc peccá- - re e- - i: * in i-ram exci-ta-vé-runt Excélsu[m] in in- - aquó- - so.

Et tentavérunt Deum in córdibus suis, * ut péterent escas animábus suis.

Et male locúti sunt de Deo: * dixerunt: Numquid póterit Deus paráre mensam in desérto?

Quóniam percússit petram, et fluxérunt aquæ: * et torréntes inundavérunt.

Numquid et panem póterit dare, * aut paráre mensam pópulo suo?

Ideo audívit Dóminus, et dístulit: * et ignis accénsus est in Iacob, et ira ascéndit in Israë[el].

Quia non credidérunt in Deo: * nec speravérunt in salutári eius:

Et mandávit núbibus désuper: * et iánuas cæli apéruit.

Et pluit illis manna ad manducándum: * et panem cæli dedit eis.

Panem Angelórum manducávit homo, * cibária misit eis in abundántia.

Tránstulit Austrum de cælo: * et indúxit in virtúte sua Africum.

Et pluit super eos sicut púlverem carnes: * et sicut arénam maris volatília pennáta.

Et cecidérunt in médio castrórum eórum: * circa tabernácula eórum.


Et manducavérunt, et saturáti sunt nimis, † et desidérium eórum áttulit eis: * non sunt fraudáti a desidério suo.

Adhuc escæ eórum erant in ore ipsórum: * et ira Dei ascéndit super eos.

Et occídit pingues eórum, * et eléctos Israë[el] impedívit.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princíp[io], et nunc et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.



In ómnibus his peccavé- - runt ad- - huc: * et non cre-di-dé-runt in mi-ra-bí-libus e- - ius.

Et defecérunt in vanitáte dies eórum: * et anni eórum cum festinatióne.

Cum occíderet eos, quærébant eum: * et revertébantur, et dilúculo veniébant ad eum.

Et rememoráti sunt quia Deus adiútor est eórum: * et Deus excélsus redémptor eórum est.

Et dilexérunt eum in ore suo, * et lingua sua mentíti sunt ei.

Cor autem eórum non erat rectum cum eo: * nec fidéles hábiti sunt in testaménto eius.

Ipse autem est miséricors, et propítius fiet peccátis eórum: * et non dispérdet eos.

Et abundávit ut avérteret iram suam: * et non accéndit omnem iram suam:


Et recordátus est quia caro sunt: * spíritus vadens et non rédiens.

Quóties exacerbavérunt eum in desérto, * in iram concitavérunt eum in inaquóso?

Et convérsi sunt, et tentavérunt Deum: * et Sanctum Israél exacerbavérunt.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.



Non sunt re-cordá-ti **ma-** - nus e- - ius, * di-e qua redémit e-os de manu **tri-** - bu-lán- - tis.

Sicut púsuit in Ægýpto **signa sua**, * et prodígia sua in **campo Táneos**.

Et convértit in sánguinem flúmina eórum: * et imbres eórum, ne **bíberent**.

Misit in eos cœnomyíam, et comédit eos: * et ranam, et dispérdidit eos.

Et dedit ærúgini **fructus eórum**: * et labóres eórum **locústæ**.

Et occídit in grándine **víneas eórum**: * et moros eórum **in pruína**.

Et trádedit grándini **iuménta eórum**: * et possessiónem eórum **igni**.

Misit in eos iram indignatiónis suæ: † indignatiónem, et iram, et tribulatiónem: * immissiões per **ángelos malos**.

Viam fecit sémitæ iræ suæ, non pepércit a morte animábus eórum: * et iuménta eórum in **morte conclúsit**.

Et percússit omne primogénitum in **terra Ægýpti**: * primítias omnis labóris eórum in **tabernáculis Cham**.

Et ábstulit sicut oves **pópulum suum**: * et perdúxit eos tamquam gregem **in desérto**.

Et dedúxit eos in spe, et non **timuérunt**: * et inimícos eórum **opéruit mare**.

Et indúxit eos in montem sanctificatiónis suæ: * montem, quem acquisívit **déxtera eius**.

Et eiécit a fácie eórum **gentes**: * et sorte divisit eis terram in funículo **distributiónis**.

Et habitáre fecit in **tabernáculis eórum**: * **tribus Israël**.


Et tentavérunt, et exacerbavérunt **Deum excélsu**m: * et testimónia eius non custodiérunt.

Et avertérunt se, et non servavérunt **pactum**: † quemádmódu**m patres eórum** * convérsi sunt in **arcum pravum**.

In iram concitavérunt eum in **cóllibus suis**: * et in sculptílibus suis ad æmulatiónem eum **provocavérunt**.

Glória **Patri** et **Fílio**, * et **Spirítui Sancto**.

Sicut erat in principio, et **nunc** et **semper**, * et in *sæcula sæculórum*. Amen.



Audí-vit **De-us**, et spre- - vit: * et ad ní-hi-lum redé-git val- - de **Isra-ël**.

Et répulit tabernáculum **Silo**: * tabernáculum suum, ubi habitávit **in homínibus**.

Et trádedit in captivitátem virtútem eórum: * et pulchritúdinem eórum in manus **inimíci**.

Et conclúsit in gládio **pópulum suum**: * et hereditátem **suam spre**vit.

Iúvenes eórum comédit **ignis**: * et vírgines eórum non sunt **lamentátæ**.

Sacerdótes eórum in gládio **cecidérunt**: * et víduæ eórum non **plorabántur**.

Et excitátus est tamquam **dórmiens Dóminus**: * tamquam potens crapulátus a **vino**.

Et percússit inimícos suos in posterióra: * oppróbrium sempitérnum **dedit illis**.

Et répulit tabernáculum **Ioseph**: * et tribum Ephraim **non elégit**.

Sed elégit **tribum Iuda**, * montem Sion **quem diléxit**.

Et ædificávit sicut unicórni-um sanctificíum suum in **terra**, * quam fundávit in **sæcula**.


Et elégit David, servum suum, † et sústulit eum de **grégibus óvium**: * de post foetántes accépit eum,

Páscere Iacob, **servum suum**, * et **Isra-ël**, hereditátem **suam**:


Et pavit eos in innocéntia **cordis sui**: * et in intelléctibus mánuum suárum **dedúxit eos**.

Glória **Patri** et **Fílio**, * et **Spirítui Sancto**.

Sicut erat in princípío, et **nunc** et **semper**, * et in **sæcula sæculórum**. Amen.



De- us, vené-runt gentes in he-re-di-tá-tem tu- - am, † pollu-é-runt templum sanc- - tum tu- - um: *



posu-é-runt Ie-rú-sa-lem in pomórum custódi-am.

Posuérunt morticína servórum tuórum, escas volatílibus **cæli**: * carnes sanctórum tuórum **béstiis terræ**.

Effudérunt sánguinem eórum tamquam aquam in circúitu Ierúsalem: * et non erat qui sepelíret.

Facti sumus oppróbrium vicínis **nostris**: * subsannátio et illúsio his, qui in circúitu **nostro** sunt.

Usquequo, Dómine, irascéris in **finem**: * accendétur velut ignis **zelus tuus**?

Effúnde iram tuam in gentes, quæ te **non** novérunt: * et in regna quæ nomen tuum non invocavérunt:

Quia comedérunt **Iacob**: * et locum eius desolavérunt.

Ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum, † cito anticipent nos misericórdiæ **tuæ**: * quia páuperes facti **sumus nimis**.

Adiuva nos, Deus, salutáris noster: † et propter glóriam nóminis tui, Dómine, **libera** nos: * et propítius esto peccátis nostris, propter **nomen tuum**:

Ne forte dicant in géntibus: Ubi est **Deus** eórum? * et innotéscat in natióibus coram **óculis nostris**.

Ultio ságuinis servórum tuórum, **qui effúsus** est: * intróeat in conspéctu tuo gémitus **compeditórum**.

Secúndum magnítudinem **bráccii tui**, * pósside filios mortificatórum.


Et redde vicínis nostris séptuplum in **sinu** eórum: * impropérium ipsórum, quod exprobravérunt **tibi, Dómine**.

Nos autem pópulus tuus, et oves **páscuæ tuæ**, * confitébimur **tibi** in **sæculum**.

In generatióem et generatióem * annuntiábimus **laudem tuam**.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et **nunc** et **semper**, * et in sǎcula sǎculórum. Amen.



Exsultá-te De-o, adiu-tó- - ri nos- - tro: * iubi-lá-te De- - o Ia- - cob.

Súmíte psalmum, et **date týmpanum**: * psaltérium iucúndum cum cíthara.

Buccináte in Neoméniá **tuba**, * in insígni die solemnitátis **vestræ**.

Quia præcéptum in **Israël** est: * et iudícium **Deo Iacob**.

Testimónium in Ioseph pósuit illud, cum exíret de **terra Ægypti**: * linguam, quam non nóverat, **audívit**.

Divértit ab onéribus **dorsum eius**: * manus eius in cóphino **serviérunt**.

In tribulatióne invocásti me, et liberávi te: † exaudívi te in abscóndito **tempestátis**: * probávi te apud aquam **contradictiόνis**.

Audi, pópulus meus, et **contestábor te**: † **Israël**, si audieris me, non erit in te **deus recens**, * neque adorábis deum **aliénum**.

Ego enim sum Dóminus Deus tuus, qui edúxi te de **terra Ægypti**: * diláta os tuum, et **implébo illud**.

Et non audívit pópulus meus **vocem meam**: * et **Israël** non **inténdit mihi**.

Et dimísi eos secúndum desidéria **cordis eórum**: * **ibunt** in adinventiόνibus **suis**.

Si pópulus **meus audísset me**: * **Israël** si in viis meis **ambuláset**:


Pro níhilo fórsitan inimícos eórum **humiliássem**: * et super tribulántes eos misíssem **manum meam**.

Inimíci Dómini **mentíti sunt ei**: * et erit tempus eórum in **sæcula**.

Et cibávit eos ex ádipe fruménti: * et de petra, melle saturávit eos.

Glória **Patri** et **Fílio**, * et **Spirítui Sancto**.

Sicut erat in princípío, et **nunc** et **semper**, * et in **sæcula sæculórum**. Amen.



De-us, quis sími-lis e- - rit ti- - bi? * Ne tá-ce-as, neque compescá- - ris, De- - us.

Quóniam ecce inimíci tui sonuérunt: * et qui odérunt te extulérunt caput.

Super pópulum tuum malignavérunt consílium: * et cogitavérunt advérsus sanctos tuos.

Dixerunt: Veníte, et disperdámus eos de gente: * et non memorétur nomen Israël ultra.

Quóniam cogitavérunt unánimiter: † simul advérsum te testaméntum disposuérunt, * tabernácula Idumæórum et Ismahelítæ:

Moab, et Agaréni, Gebal, et Ammon, et Amalec: * alienígenæ cum habitántibus Tyrum.

Etenim Assur venit cum illis: * facti sunt in adiutórium filiis Lot.

Fac illis sicut Mádian, et Sísaræ: * sicut Iabin in torrén-te Cisson.

Disperiérunt in Endor: * facti sunt ut stercus terræ.

Pone príncipes eórum sicut Oreb, et Zeb, * et Zébee, et Sálmana:

Omnes príncipes eórum: * qui dixerunt: Hereditáte possideámus Sanctuárium Dei.

Deus meus, pone illos ut rotam: * et sicut stípulam ante fáciem venti.

Sicut ignis, qui combúrit silvam: * et sicut flamma combúrens montes:

Ita persequéris illos in tempestáte tua: * et in ira tua turbábis eos.

Imple fácies eórum ignomínia: * et quáerent nomen tuum, Dómine.


Erubéscant, et conturbéntur in sæculum sæculi: * et confundántur, et péreant.

Et cognóscant quia nomen tibi Dóminus: * tu solus Altíssimus in omni terra.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.

A




l-le-lú-ia, * alle-lú-ia, alle-lú-ia.

℣. Surréxit Dóminus vere, allelúia. ℞. Et appáruit Simóni, allelúia.


Pater noster.

Absolutio.

I



P-sí-us pí-e-tas et mi-se-ri-córdi-a nos ádiuvet, * qui cum Patre et Spí-ri-tu Sancto vi-vit et regnat in sǽcu-la



sǽcu-ló-rum. ℞. Amen.

Benedictio.



Iube Domne bene-dí-ce-re. De-us Pa-ter omní-po-tens * sit nobis propí-ti-us et clemens. R̄. Amen.

Lectio I.

Ac. 25, 1-5

De Actibus Apostolorum.

Festus ergo cum venisset in provinciam, post triduum ascendit Ierosólymam a Cæsará. Adierúntque eum príncipes sacerdotum et primi Iudæórum advérsus Paulum: et rogábant eum, postulántes grátiam advérsus eum, ut iubéret perdúci eum in Ierúsalem, insídias tendétes ut interficerent eum in via. Festus autem respóndit servári Paulum in Cæsará: se autem matúrius profectúrum. Qui ergo in vobis, ait, potétes sunt, descendétes simul, si quod est in viro crimen, accúsent eum.


¶ Tu autem, Dómine, miserére nobis. R̄. Deo grátias.

Responsorium 1.


R. Io. 15, 5; *Ps.* ibid. 15, 9; W305

VIII

E



- go sum vi- tis ve- ra, et vos pálmi- tes: * Qui manet in me, et ego in e-o, hic fert fructum mul-tum,




alle- lú- ia, alle- lú- ia. *Ps.* Si- cut di- lé- xit me Pa- ter, et ego di- lé- xi vos. * Qui.



Ps. Gló-ri- a Pa- tri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i San- cto. * Qui.

Benedictio.



Iube Domne bene-dí-ce-re. Christus perpé-tu-æ det nobis * gáudi-a vi-tæ. R̄. Amen.

Lectio II.

Ac. 25, 6-8

Demorátus autem inter eos dies non ámplius quam octo aut decem, descéndit Cæsaréam, et áltera die sedit pro tribunáli, et iussit Paulum addúci. Qui cum perdúctus esset, circumsteterunt eum, qui ab Ierosólýma descénderant Iudæi, multas et graves causas obiciéntes, quas non póterant probáre: Paulo ratiónem reddénte: Quóniam neque in legem Iudæórum, neque in templum, neque in Cæsarem quidquam peccávi.

℣. Tu autem, Dómine, miserére nobis. R̄. Deo grátias.

Responsorium 2.

R. Io. 20, 19-20; *V.* ibid. 20, 19; H232

VII

S

urgens Ie- sus * Dó- mi-nus no- ster, stans in mé- di- o disci- pu- ló- rum su- ó- rum, di- xit: †

Pax vobis, al- le- lú- ia: ga- ví- si sunt discí- pu- li vi- so Dómi- no, al- le-

lú- ia. *V.* U- na ergo sabba- tó- rum, cum fo- res essent clausæ, ubi e- rant discípu- li congregá- ti,

ve- nit Ie- sus, et ste- tit in mé- di- o e- ó- rum, et di- xit e- is. † Pax.

Benedictio.

Iube Domne bene-dí-ce-re. Ignem su-i amó-ris accéndat * De-us in córdibus nostris. **℞.** Amen.

Lectio III.

Ac. 25, 9-12

Festus autem volens grátiam præstáre Iudæis, respóndens Paulo, dixit: Vis Ierosólymam ascéndere, et ibi de his iudicári apud me? Dixit autem Paulus: Ad tribúnal Cæsaris sto: ibi me opórtet iudicári: Iudæis non nócuí, sicut tu mélius nosti. Si enim nócuí, aut dignum morte áliquid feci, non recúso mori: si vero nihil est eórum quæ hi accúsant me, nemo potest me illis donáre. Cæsarem appéllo. Tunc Festus cum concílio locútus, respóndit: Cæsarem appellásti? ad Cæsarem ibis.

℣. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **℞.** Deo grátias.

III

T

E De-um laudá-mus: * te Dóminum confi-té-mur. Te æ-térnum Patrem omnis terra vene-rá-tur.

Ti-bi omnes Ange-li, ti-bi Cæ-li et uni-vérsæ po-testá-tes: Ti-bi Ché-rubim et Sé-raphim incessá-bi-li vo-ce proclá-mant:

Sanctus: Sanctus: Sanctus Dóminus De-us Sá-ba-oth. Pleni sunt cæ-li et terra ma-iestá-tis gló-ri-æ tu-æ.

Te glo-ri-ósus Aposto-ló-rum cho-rus: Te Prophe-tá-rum laudá-bi-lis nú-me-rus: Te Mártyr-um candi-dá-tus

laudat ex-érci-tus. Te per orbem terrá-rum sancta confi-té-tur Ecclé-si-a: Pa-trem imménsæ ma-iestá-tis:

Vene-rándum tu-um ve-rum, et úni-cum Fí-li-um: Sanctum quoque Pa-rácli-tum Spí-ri-tum. Tu Rex gló-ri-æ, Christe.

Tu Patris sempi-térnus es Fí-li-us. Tu ad li-be-rándum susceptúrus hó-mi-nem, non ho-ru-ísti Vírgi-nis ú-te-rum.

Tu de-vícto mortis acú-le-o, ape-ru-ísti credéntibus regna cæ-ló-rum. Tu ad dèxte-ram De-i se-des, in gló-ri-a Patris.

Genua nunc flectantur omnia.

Iudex cré-de-ris es-se ventú-rus. TE ERGO QUÆSUMUS, TU-IS FÁMULIS SÚBVE-NI, QUOS PRE-TI-ÓSO SÁNGUI-NE REDEMÍSTI.

Æ-térna fac cum Sanctis tu-is in gló-ri-a nume-rá-ri. Salvum fac pópu-lum tu-um Dómi-ne, et béne-dic
he-re-di-tá-ti tu-æ. Et re-ge e-os, et extól-le illos usque in æ-tér-num. Per síngu-los di-es, be-ne-dí-cimus te.
Et laudá-mus nomen tu-um in sǽ-cu-lum, et in sǽcu-lum sǽcu-li. Digná-re Dómi-ne di-e i-sto si-ne peccá-to
nos custodí-re. Mi-se-ré-re nostri Dó-mi-ne, mi-se-ré-re nostri. Fi-at mi-se-ri-córdi-a tu-a Dómi-ne su-per nos,
quemádmodum spe-rá-vimus in te. In te Dómi-ne spe-rá-vi: non confúndar in æ-tér-num.

Reliqua omittuntur, nisi Laudes separandæ sint.

Oratio

℣. Dómine, exáudi oratióem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

Orémus:

Deus, qui in Fílii tui humilitáte iacéntem mundum erexísti: † fidélibus tuis perpétuam concéde lætítiam; * ut quos perpétuæ mortis eripuísti cásibus, gáudiis fácias pérfrui sempitérnis. Per eúmdem Dóminum.

℟. Amen.

Conclusio

℣. Dómine, exáudi oratióem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Benedicámus Dómino, allelúia, allelúia.

℟. Deo grátias, allelúia, allelúia.

℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

℟. Amen.

Ad Laudes.

D E-US, in adiu-tó-ri-um me-um inténde. **R.** Dómi-ne, ad adiuvándum me festína. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o,
et Spi-rí-tu-i Sancto: Si-cut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sǎcu-la sǎcu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.

Psalmus 1.

A L-le-lú-ia, * alle-lú-ia, al-le-lú-ia.

Psalmus 50.

Mi-se-ré-re me - i De - us, * secúndum magnam mi-se-ri-córdi-am tu - am.

Et secúndum multitudínem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea: * et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognóscó: * et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: * ut iustificéris in sermónibus tuis, et vincas cum iudicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum: * et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: * incérta et occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor: * lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et lætítiam: * et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis: * et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea **in** me **Deus**: * et spírítum rectum ínnova in viscéribus **meis**.

Ne proiicias me a **fá**cie **tu**a: * et spírítum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris **tui**: * et spírítu principáli **confirma** me.

Docébo iníquos **vias tuas**: * et impii ad te **converténtur**.

Líbera me de sanguínibus **Deus**, **Deus salutis meæ**: * et exsultábit lingua mea iustítiam **tuam**.

Dómine lábia **mea** apéries: * et os meum annuntiábit *laudem tuam*.

Quóniam si voluisses sacrificium, **dedissem ú**tique: * holocáustis non *delectáberis*.

Sacrificium Deo spírítus **contribulátus**: * cor contrítum et humiliátum **Deus non despí**cies.

Benígne fac Dómine in bona voluntáte **tu**a **Sion**: * ut ædificéntur muri *Ierúsalem*.

Tunc acceptábis sacrificium iustítiæ, oblatiónes et **holocáusta**: * tunc impónent super altáre *tuum* vítulos.

Glória **Patri** et **Fí**lio, * et **Spirítui Sancto**.

Sicut erat in princípío, et **nunc** et **semper**, * et in *sæcula sæculórum*. Amen.



No-tus in Iudæ- - a De- - us: * in Isra-ël magnum *nomen* e- - ius.

Et factus est in pace **locus eius**: * et habitatio *eius in Sion*.

Ibi confrégit poténtias **árcuum**, * scutum, gládium, et **bellum**.

Illúminans tu mirábiliter a móntibus **ætérnis**: * turbáti sunt omnes insipiéntes **corde**.

Dormiérunt **somnum suum**: * et nihil invenérunt omnes viri divitiárum in *mánibus suis*.

Ab increpatióne tua, **Deus Iacob**, * dormitavérunt qui ascendérunt equos.

Tu terríbilis es, et quis resístet **tibi**? * ex tunc *ira tua*.

De cælo audítum fecísti iudícium: * terra trémuit et *quiévit*,

Cum exsúrgeret in iudícium **Deus**, * ut salvos fáceret omnes mansuétos **terræ**.


Quóniam cogitatio hóminis confitébitur **tibi**: * et reliquiæ cogitatiónis diem festum *agent tibi*.

Vovéte, et réddite Dómino, **Deo vestro**: * omnes, qui in circúitu eius *affértis múnera*.

Terríbili et ei qui aufert **spíritum princípum**, * terríbili apud *reges terræ*.

Glória **Patri et Fílio**, * et *Spirítui Sancto*.

Sicut erat in princípio, et **nunc** et **semper**, * et in *sæcula sæculórum*. Amen.



Bonum est confi-té- - ri **Dómino**: * et psálle-re nómi-ni tu-o *Altíssime*.

Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam: * et veritátem tuam *per noctem*.

In decachórdo, psaltério: * cum cántico, *in cíthara*.

Quia delectásti me **Dómine** in factúra tua: * et in opéribus mánuum tuárum *exsultábo*.

Quam magnificáta sunt ópera tua **Dómine**! * nimis profúndæ factæ sunt cogitatiónes tuæ.

Vir insípiens **non cognóscet**: * et stultus non *intélliget* hæc.

Cum exórti fúerint peccatóres **sicut fœnum**: * et apparúerint omnes, qui operántur *iniquitátem*:

Ut intéreant in **sæculum sæculi**: * tu autem *Altíssimus* in *ætérrnum* **Dómine**.

Quóniam ecce inimíci tui **Dómine**, † quóniam ecce inimíci tui períbunt: * et dispergéntur omnes, qui operántur *iniquitátem*.

Et exaltábitur sicut unicórnis **cornu meum**: * et senéctus mea in misericórdia *úberi*.

Et despéxit óculus meus inimícos **meos**: * et in insurgéntibus in me malignántibus áudiet *auris mea*.

Iustus, ut **palma florébit**: * sicut cedrus Líbani *multiplicábitur*.


Plantáti in **domo Dómini**, * in átriis domus Dei nostri *florébunt*.

Adhuc multiplicabúntur in senécta *úberi*: * et bene patiéntes erunt, *et annúntient*:

Quóniam rectus **Dóminus Deus noster**: * et non est *iniquitas in eo*.

Glória Patri et Fílio, * et *Spirítui Sancto*.


Sicut erat in princípio, et **nunc et semper**, * et in *sæcula sæculórum*. Amen.




L-le-lú-ia, * alle-lú-ia, al-le-lú-ia.

IV E

D



Omi-ne * audí-vi audí-tum tu-um, et tímu-i, al-le-lú-ia.

Canticum Habacuc, Hab. 3, 2-19


Dómi-ne, audí-vi audi-ti-ónem tu- - am, * et tímu- i.

Dómine, *opus tuum*, * in médio annórum vivífica illud:

In médio annórum *notum* fácies: * cum irátus fúeris, misericórdiæ recordáberis.

Deus ab *Austro* véniet, * et sanctus *de monte* Pharan:

Opéruiet cælos glória eius: * et laudis eius *plena est* terra.

Splendor eius *ut lux* erit: * cónua in *mánibus* eius:

Ibi abscondita est fortitúdo eius: * ante *fáciem eius* ibit mors.

Et egrediétur diábolus ante *pedes* eius. * Stetit, et *mensus est* terram.

Aspéxit, et dissólvit gentes: * et contríti *sunt montes* sæculi.

Incurváti sunt *colles* mundi, * ab itinéribus æternitátis eius.

Pro iniquitáte vidi tentória *Æthiopia*, * turbabúntur *pelles terræ* Má dian.

Numquid in flumínibus irátus es, Dómine? † aut in flumínibus *furor tuus*? * vel in mari indignátio tua?

Qui ascédes super *equos* tuos: * et quadrígæ *tuæ* salvátio.

Súscitans suscitábis *arcum tuum*: * iuraménta *tribubus quæ* locútus es.

Flúvios scindes *terræ*: † vidérunt te, et doluérunt *montes*: * gurges *aquárum* tránsiit.

Dedit abýssus *vocem* suam: * altitúdo *manus suas* levávit.

Sol, et luna steterunt in *habitáculo suo*, † in luce *sagittárum tuárum*, * ibunt in splendóre *fulgurántis* *hastæ* tuæ.

In frémitu conculcábis **terram**: * et in furóre obstu**ef**ácies **gentes**.

Egréssus es in salútem pópuli **tui**: * in salútem *cum Christo tuo*.

Percussísti caput de *domo* **imp**ii: * denudásti fundaméntum eius *usque ad* **collum**.

Maledixísti sceptris eius, † cápiti bellatórum eius, * veniéntibus ut turbo *ad dispergéndum* me.

Exsultátio eórum * sicut eius, qui dévorat páuperem *in abscondito*.

Viam fecísti in mari *equis* **tuis**, * in luto *aquárum multárum*.

Audívi, et conturbátus est *venter* **meus**: * a voce contremuérunt *láb*ia **mea**.

Ingrediátur putrédo in óssibus **meis**, * et *subter me* **scá**teat.

Ut requiéscam in die tribulatiónis: * ut ascéndam ad pópulum *accí*ntum **nostrum**.

Ficus enim *non floré*bit: * et non erit *germen in ví*neis.

Mentiétur *opus olivæ*: * et arva non *á*fferent **cibum**.

Abscindétur de ovíli **pecus**: * et non erit arméntum *in præsép*ibus.


Ego autem in Dómino *gaudé*bo: * et exsultábo in Deo *Iesu* **meo**.

Deus Dóminus fortitúdo **mea**: * et ponet pedes meos *quasi cervórum*.

Et super excélsa mea dedúcet me **victor** * in *psalmis cané*ntem.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui **Sancto**.


Sicut erat in princípío, et *nunc et* **semper**, * et in *sácula sæculórum*. Amen.

D 
Omi-ne * audí-vi audí-tum tu-um, et tímu-i, al-le-lú-ia.

Psalmus 5.


I f

A



L-le-lú-ia, * al-le-lú-ia, alle-lú-ia.

Psalmus 148.



Laudá-te Dómi-num de cæ- - lis: * laudá-te e-um *in excél- - sis.*

Laudáte eum omnes Angeli eius: * laudáte eum omnes virtútes eius.

Laudáte eum sol et luna: * laudáte eum omnes stellæ et lumen.

Laudáte eum cæli cælórum: * et aquæ omnes quæ super cælos sunt laudent *nomen Dómini.*

Quia ipse dixit, et facta sunt: * ipse mandávit, *et creáta sunt.*

Státuit ea in ætérnum et in sæculum sæculi: * præcéptum pósuit, et non *præteríbit.*

Laudáte Dóminum de terra, * dracones et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum: * quæ faciunt *verbum eius:*

Montes et omnes colles: * ligna fructífera et omnes cedri.

Béstia et univérsa pécora: * serpéntes et volúcres pennátæ.


Reges terræ et omnes pópuli: * príncipes et omnes iúdices terræ.

Iúvenes et vírgines: † senes cum iunióribus laudent *nomen Dómini: * quia exaltátum est nomen eius solius.*

Conféssio eius super cælum et terram: * et exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis eius: * filiis Israel, pópulo appropinquánti sibi.

Hic non dicitur Gloria Patri.



Cantá-te Dómino **cánti-cum no- - vum:** * laus e-ius in ecclé-si-a **sancto- - rum.**

Lætétur Israel in eo qui **fecit eum:** * et filii Sion exsúltent in *rege suo.*

Laudent nomen eius in **choro:** * in týmpano et psaltério *psallant ei.*

Quia beneplácitum est Dómino in **pópulo suo:** * et exaltábit mansuétos *in salútem.*

Exsultábunt **sancti in glória:** * lætabúntur in *cubílibus suis.*

Exaltatiónes Dei in gútture eórum: * et gládii ancípites in *mánibus eórum:*

Ad faciéndam vindíctam in **natió nibus:** * increpatiónes *in pópulis.*

Ad alligá ndos reges eórum **in compédibus:** * et nó biles eórum in *mánicis férreis.*

Ut fá ciant in eis iudícium **conscríptum:** * glória hęc est ómnibus *sanctis eius.*

Hic non dicitur Gloria Patri.



Laudá-te Dóminum in sanc- - tis e- - ius: * laudá-te e-um in firmaménto virtú-tis e- - ius.

Laudáte eum in virtútibus eius: * laudáte eum secúndum multitudínem magnitúdinis eius.


Laudáte eum in sono tubæ: * laudáte eum in psaltério et cíthara.

Laudáte eum in týmpano et choro: * laudáte eum in chordis et órgano.

Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus: † laudáte eum in cýmbalis iubilatiónis: * omnis spíritus *laudet* Dóminum.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.



Capitulum.


Rom. 6, 9-10



C Hristus re-súr-gens ex mórtu-is iam non mó-ri-tur, mors il-li ultra non dominá-bi-tur. † Quod enim mórtu-us est peccá-to, mórtu-us est semel: * quod autem vi-vit, vi-vit De-o. *℟.* De-o grá-ti-as.

Responsorium breve.

Cf. Mt. 28, 6; Cf. Gal. 3, 13



S Urré-xit Dóminus de sepúl-cro, * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. Surré-xit. *℣.* Qui pro nobis pepéndit in ligno. Alle-lú-ia. *℣.* Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Surré-xit.

Hymnus

VIII

A

Uró-ra lu-cis rú-ti-lat, Cæ-lum láudibus íntonat, Mundus exsúltans iúbi-lat, Gemens inférnus ú-lu-lat :

Cum Rex ille fortíssimus, Mortis confráctis ví-ribus, Pede concúlcans tárta-ra, Solvit a pœna mís-e-ros.

Ille qui clausus lá-pi-de, Custodí-tur sub mí-li-te, Tri-úmphans pompa nó-bi-li, Victor surgit de fú-ne-re.

So-lú-tis iam gemí-tibus, Et inférni do-ló-ribus, Qui-a surréx-it Dóminus, Respléndens clamat Ange-lus.

Quæsumus, Auctor ómni-um. In hoc paschá-li gáudi-o, Ab omni mortis ímpe-tu Tu-um de-fénde pópu-lum.


Gló-ri-a ti-bi Dómi-ne, Qui surré-xisti a mórtu-is, Cum Patre et Sancto Spí-ri-tu, In sempi-térna sáecu-la. A-men.

Versus.

∨. In re-surrecti-óne tu-a Christe, alle-lú-ia. ℞. Cæ-li et terra læ-téntur, alle-lú-ia.


VIII G²

N



Onne sic * opórtu-it pa-ti Christum, et intrá-re in gló-ri-am su-am? alle-lú-ia.

Lc. 1, 68-79



Bene-díctus Dóminus De-us Isra-el, * qui-a vi-si-tá-vit, et fe-cit redempti-ónem *ple-bis* su- - æ.

Et eréxit cornu salútis **nobis**, * in domo David púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctórum, * qui a sáculo sunt, prophetárum eius:

Salútem ex inimícis **nostris**, * et de manu ómnium *qui odérunt* nos:

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus **nostris**: * et memorári testaménti *sui* **sancti**.

Iusiurándum, quod iurávit ad Abraham patrem **nostrum**, * datúrum *se* **nobis**:

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, * *serviámus* **illi**.

In sanctitáte et iustítia coram **ipso**, * ómnibus *diébus* **nostris**.

Et tu puer, Prophéta Altíssimi vocáberis: * *præíbis* enim ante fáciem Dómini paráre *vias* eius:

Ad dandam sciéntiam salútis plebi eius, * in remissionem peccatórum *eórum*:

Per víscera misericórdiæ Dei **nostris**: * in quibus visitávit nos, *óriens ex alto*:

Illumináre his qui in ténebris et in umbra mortis **sedent**: * ad dirigéndos pedes nostros in *viam* **pacis**.

Glória Patri et **Fílio**, * et *Spirítui* **Sancto**.




Sicut erat in princípio, et nunc et **semper**, * et in sácula *sæculórum*. Amen. *A.*

Ante Orationem, cantatur a Superiore:


Supplicatio Litaniae.

K 
Y-ri-e e-lé-i-son. **R.** Chris-te e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-son.


Oratio Dominica.

P 
Ater noster, qui es in cæ-lis: sancti-fi-cé-tur nomen tu-um: advéni-at regnum tu-um: fi-at vo-lúntas tu-a,

si-cut in cæ-lo et in terra: panem nostrum quo-ti-di-ánum da nobis hódi-e: et dimítte nobis dé-bi-ta nostra,

sic-ut et nos dimíttimus de-bi-tó-ribus nostris: et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. **R.** Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Deinde dicitur ab Hebdomadario:

D 
Ominus vo-bíscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o.

In choro monialium loco Dominus vobiscum dicitur:


Y. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. **R.** Et clamor me-us ad te véni-at.


O




-rémus. De-us, qui in Fí-li-i tu-i humi-li-tá-te ia-céntem mundum e-re-xísti: † fi-dé-libus tu-is perpé-tu-am



concéde læ-tí-ti-am; * ut quos perpé-tu-æ mortis e-ri-pu-ísti cá-sibus, gáudi-is fá-ci-as pérfru-i sempi-térnis.



Per e-úmdem Dóminum nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um tu-um: † qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te



Spí-ri-tus Sancti De-us, per ómni-a sá-cu-la sæ-cu-ló-rum. ℞. Amen.

Hebdomadarius dicit iterum Dominus vobiscum. Postea cantatur a cantore:

VII
B



Ene-di-cá-mus Dó-
mino. ℞. De- o
grá- ti- as.

Ad Vesperas.

DE-US, in adiu-tó-ri-um me-um inténde. **R.** Dómi-ne, ad adiuvándum me festína. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o,

et Spi-rí-tu-i Sancto: Si-cut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sǎcu-la sǎcu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.

Psalmus 1.

VIII a
AL-le-lú-ia, * alle-lú-ia, alle-lú-ia. *Psalmus 141.*

Vo-ce me-a ad Dóminum clamá- - vi: * vo-ce me-a ad Dóminum *depre-cá*-tus sum:

Effúndo in conspéctu eius oratiónem **meam**, * et tribulatiónem meam ante ipsam *pronúntio*.

In deficiéndo ex me spíritum **meum**, * et tu cognovisti *sémitas meas*.

In via hac qua ambulábam * abscondérunt *láqueum mihi*.

Considerábam ad délixteram et vidébam: * et non erat qui *cognósceret* me.

Périit fuga a me, * et non est qui requírat *ánimam meam*.

Clamávi ad te, Dómine, † dixi: Tu es spes **mea**, * pórtio mea in terra *vivéntium*.


Inténde ad deprecatiónem **meam**: * quia humiliátus sum **nimis**.

Líbera me a persecúntibus me: * quia confortáti sunt **super** me.

Educ de custódia ánimam meam ad confiténdum nómini **tu**o: * me expéctant iusti, donec retribuas **mihi**.

Glória Patri et **Fílio**, * et *Spirítui Sancto*.

Sicut erat in princípío, et nunc et **semper**, * et in sǎcula *sǎculórum*. Amen.



Bene-díctus Dóminus De-us me-us, qui do-cet manus me-as ad **præ**-li-um, * et dí-gi-tos me-os ad **bel**- - lum.

Misericórdia mea, et refúgium **meum**: * suscéptor meus, et liberátor **meus**:

Protéctor meus, et in ipso sperávi: * qui subdit pópulum *meum* **sub** me.

Dómine quid est homo, quia innotuísti **ei**? * aut filius hóminis, quia réputas **eum**?

Homo vanitáti símilis **factus** est: * dies eius sicut *umbra prætereunt*.

Dómine inclína cælos tuos, et descénde: * tange montes, et *fumigábunt*.


Fúlgura coruscationem, et dissipábis eos: * emítte sagíttas tuas, et conturbábis eos:

Emítte manum tuam de alto, † éripe me, et libera me de aquis **multis**: * de manu filiórum *alienórum*.

Quorum os locútum est vanitátem: * et dextera eórum, dextera iniquitátis.

Glória Patri et **Fílio**, * et *Spirítui Sancto*.

Sicut erat in princípio, et nunc et **semper**, * et in *sæcula sæculórum*. Amen.



De-us cánti-cum novum cantábo **ti-** - **bi:** * in psalté-ri-o de-cachórho *psallam* **ti-** - **bi.**

Qui das salútem **régibus:** * qui redemísti David servum tuum de gládio maligno: *éripe* me.

Et érue me de manu filiórum alienórum, † quorum os locútum est vanitátem: * et dextera eórum, dextera iniquitátis:

Quorum filii, sicut novéllæ plantatiónes * in iuventúte sua.

Fíliæ eórum compósitæ: * circumornátæ ut similitúdo templi.

Promptuária eórum **plena,** * eructántia ex *hoc in illud.*


Oves eórum fetósæ, abundántes in egréssibus suis: * boves eórum **crassæ.**

Non est ruína macéria, neque **tránsitus:** * neque clamor in platéis eórum.

Beátum dixerunt pópulum, cui **hæc** sunt: * beátus pópulus cuius Dóminus *Deus* eius.

Glória Patri et **Fílio,** * et *Spirítui Sancto.*

Sicut erat in princípio, et nunc et **semper,** * et in *sæcula sæculórum. Amen.*



Exaltábo te De-us **me-us** rex: * et bene-dí-cam nómi-ni tu-o in sácu-lum, et in sácu-lum **sácu-li**.

Per síngulos dies benedícam **tibi**: * et laudábo nomen tuum in sáculum, et in *sáculum sáculi*.

Magnus Dóminus et laudábilis **nimis**: * et magnitúdinis eius *non est finis*.

Generátio et generátio laudábit ópera **tua**: * et poténtiam tuam *pronuntiábunt*.

Magnificéntiam glóriæ sanctitátis tuæ loquéntur: * et mirábilia tua *narrábunt*.

Et virtútem terríbilium tuórum **dicent**: * et magnitúdinem tuam *narrábunt*.

Memóriam abundántiæ suavitátis tuæ eructábunt: * et iustítia tua *exsultábunt*.


Miserátor et miséricors **Dóminus**: * pátiens et *multum miséricors*.

Suávis Dóminus univérsis: * et miseratiónes eius super ómnia *ópera eius*.

Glória Patri et **Fílio**, * et *Spirítui Sancto*.

Sicut erat in princípío, et nunc et **semper**, * et in sácula *sæculórum*. Amen.

A



L-le-lú-ia, * alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Capitulum.

Sir. 24, 14

A

B i-ní-ti-o et ante sácu-la cre-á-ta sum, † et usque ad fu-túrum sácu-lum non dé-sinam, * et in ha-bi-ta-ti-óne

sancta co-ram ipso mi-nistrá-vi. **℣.** De- o grá-ti-as.

Responsorium breve.

Lc. 24, 34

VI

S

Urré-xit Dóminus ve-re: * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. Surré-xit. **℣.** Et appá-ru-it Simóni. Alle-lú-ia. **℣.**

Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Surré-xit.

Hymnus

I

A

-VE ma-ris stella, De-i Ma-ter alma, Atque semper Virgo, Fe-lix coe-li porta. Sumens illud Ave

Gabri-é-lis o-re, Funda nos in pa-ce, Mu-tans Hevæ nomen. Solve vincla re-is, Pro-fer lumen cæ-cis,

Ma-la nostra pelle, Bona cuncta posce. Monstra tē esse matrem, Sumat per te pre-ces, Qui pro nobis na-tus,

Tu-lit esse tu-us. Virgo singu-lá-ris, Inter omnes mi-tis, Nos culpis so-lú-tos, Mi-tes fac et castos.

Vi-tam præsta pu-ram, I-ter pa-ra tu-tum, Ut vi-dentes Ie-sum, Semper collæ-témur. Sit laus De-o Patri,

Summo Christo de-cus, Spi-rí-tu-i Sancto, Tribus honor unus. A-men.

Versus.

Ps. 43, 3

∩. Diffú-sa est grá-ti-a in lá-bi-is tu-is, alle-lú-ia. ∩. Proptér-e-a bene-dí-xit te De-us in æ-térnum, alle-lú-ia.

Canticum B. Mariæ V.

ID

R

E-gína cæ-li, * læ-tá-re, al-le-lú-ia: qui- a quem me-ru-ís-ti portá-re, al-le-lú-ia: re-surré-xit, sic-ut di-xit,

al-le-lú-ia: o- ra pro no-bis De-um, al-le-lú-ia.

Lc. 1, 46-55

Magní-fi-cat * ánima me-a Dóminum.

Et exsultá-vit spí-ri-tus me- - us * in De-o, sa-lu-tá-ri me- - o.

Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ: * ecce enim, ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: * et sanctum *nomen* eius.

Et misericórdia eius a progénie in progénies * *timéntibus* eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérsit supérbos mente *cordis sui*.

Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: * et dívites dimísit *inánes*.

Suscépit Israel, púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham, et sémini eius in *sæcula*.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in *sæcula sæculórum*. Amen.




A.

Ante Orationem, cantatur a Superiore:


Supplicatio Litaniae.

K 
Y-ri-e e-lé-i-son. **R.** Chris-te e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-son.


Oratio Dominica.

P 
Ater noster, qui es in cæ-lis: sancti-fi-cé-tur nomen tu-um: advéni-at regnum tu-um: fi-at vo-lúntas tu-a,

si-cut in cæ-lo et in terra: panem nostrum quo-ti-di-ánum da nobis hódi-e: et dimítte nobis dé-bi-ta nostra,

sic-ut et nos dimíttimus de-bi-tó-ribus nostris: et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. **R.** Sed lí-be-ra nos a ma-lo.


Deinde dicitur ab Hebdomadario:

D 
Ominus vo-bíscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o.


In choro monialium loco Dominus vobiscum dicitur:


Ps. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. **R.** Et clamor me-us ad te véni-at.

O



-rémus. Concéde nos fámu-los tu-os, quæsumus, Dómi-ne De-us, perpé-tu-a mentis et córpo-ris sani-tá-te



gaudé-re: † et, glo-ri-ó-sa be-á-tæ Ma-rí-æ semper Vírgi-nis intercessi-óne, a præ-sénti li-be-rá-ri tristí-ti-a, *



et æ-térna pérfru-i læ-tí-ti-a. Per Dóminum nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um tu-um: † qui tecum vi-vit et



regnat in uni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us, per ómni-a sæcu-la sæcu-ló-rum. ℞. Amen.

Hebdomadarius dicit iterum Dominus vobiscum. Postea cantatur a cantore:

VII
B



Ene-di-cámus Dó- mino. ℞. De- o grá- ti- as.